



Per.  
Lat  
020

## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer  
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

### ORATIO,

*quam comes Stephanus Bethlen, praeses Ministerii Publici habuit in Monumento Anonymi Militis sive Saxo Heroum inaugurando, simulque altero post triginta annos nunc demum perfecto Monumento Millennari.*

*Non celebratum<sup>1</sup> huc congregati sumus,  
non ploratum.<sup>2</sup>*

*Nihil habemus celebrandum. Iacet ante nos saxum sepulcrale,<sup>3</sup> quod plus quam quingentorum milium Hungarorum bello peremptorum<sup>4</sup> aeternam servabit gratam memoriam.*

*Monumentum istud a nobis superstitionibus<sup>5</sup> rationem<sup>6</sup> poscit reddendam patriae,<sup>6</sup> quam hereditate a maioribus accepimus, pro qua isti vitam obtulerunt, cuius vero dum ipsis rationem reddere nequimus, diem festum<sup>7</sup> celebrare nobis non licet!*

*At nec ploratum isthuc venimus. Avitam patriam non complorare, sed cum pristino splendore ad novam revocare vitam, — haec est nostra vocatio.<sup>8</sup>*

Jegyzet a címhez: comes = gróf, praeses Ministerii Publici = miniszterelnök, in inaugurando = felavatásán a Névtelen Katona Emlékének avagy a Hősök Kövének, s egyszersmind egy másiknak, a Millennáris Emlékműnek.

*Complorare namque nonnisi id licet,  
quod in aeternum periit, nec potest unquam revocari.*

*Hocce gravi<sup>9</sup> intimoque animi momento nos itaque non comploramus, neque celebramus: sed prostrati coram memoria monumentoque heroum<sup>10</sup> nostrorum defunctorum<sup>10</sup> preces mittimus pro salute animarum eorum et pro salute patriae...*

*Excipimus<sup>11</sup> deinde e gelidis<sup>12</sup> heroum nostrorum manibus Hungaricum tricolorem, quem ne mors quidem eis eripere poterat; eumque in altum tollentibus<sup>13</sup> procedendum est nobis porro in illa via officiorum, de qua nihil eos potuit avertere.*

*Pro millenni regno Hungariae in bello<sup>14</sup>*

<sup>1</sup> ünnepelni <sup>2</sup> siratni <sup>3</sup> sírkő <sup>4</sup> elesett, elpusztult <sup>5</sup> életben maradottaktól <sup>6</sup> számonkéri a hazát <sup>7</sup> ünnepnapot ülnünk <sup>8</sup> ez a mi hivatásunk <sup>9</sup> komoly és bensőségfeljes pillanatban <sup>10</sup> hősi halottaink <sup>11</sup> kivesszől <sup>12</sup> höseink kihült kezeiből <sup>13</sup> s azt magasba emelve <sup>14</sup> a világháborúban.



gentium ista tot milia Hungarorum mortem obierunt!

At ecce hic stat *post monumentum* fortissime defunctorum etiam alterum, historicum *Hungariae Millennis Monumentum*, quasi symbolum eius *imaginis*,<sup>15</sup> pro qua vitas dederunt isti.

*Velut si concludens*<sup>16</sup> esset *lapis* eius per mille annos adultae rerum<sup>17</sup> evolutionis,<sup>18</sup> a qua nos nunc iam secernunt lato flumine<sup>19</sup> volventes undae torrentium<sup>19</sup> modo in bello gentium effusi Hungarorum sanguinis.

Istud *Millennii* attamen *Monumentum* nos hodierno<sup>20</sup> die non uti lapidem, qui rerum per mille annos gestarum concludat evolutionem, inauguramus: sed inauguramus uti symbolum gentis vitae tenacis,<sup>21</sup> probae ac honestae, quae pro suo iure, pro sua independentia,<sup>22</sup> pro integritate vitae genuinae,<sup>23</sup> pro cultura genuina in fide stare semper est parata; quae et alterum novum vult vivere millennium.

Ad haec itaque destinatam, habilem,<sup>24</sup> summoque praeditam ingenio<sup>25</sup> hanc gentem *hocce* praedicat *monumentum*.

Tricesimus tertius modo agitur annus ab illo, quo anno gens nostra iubilaeum millennis suae vitae celebravit; quando comitia<sup>26</sup> regni Hungariae duce Desiderio Szilágyi, qui tum temporis praeses erat Curiae,<sup>27</sup> adfuerunt<sup>28</sup> coram rege Francisco Josepho I-mo firmos animos gentis<sup>29</sup> regi testatum.<sup>30</sup>

Vixdum una itaque generatio decessit ex illo tempore, quo populus Hungariae festa illa cum rege coniunctus splendore et decore celebravit: nunc vero direptā terrā, dilacerato vivo gentis corpore, sine rege duce, sistitur gens ista ante tribunal mundi<sup>31</sup> quasi mille annorum sceleratrix,<sup>32</sup> in cuius causa iuste iudex baculum<sup>33</sup> fregerit, quamque capitis damnaverit iure.

Adhuc nobis personat<sup>34</sup> aures uritque frontes stigmatis<sup>35</sup> modo inustum atrox illud iudicium:

«Si quid iniustum fuerit repertum, non valebit pro futuro, etsi mille annos pro praeterito valebat».

Grave verbum hoc ex ore iudicis. Hoc enim verbum fulminis ictu<sup>36</sup> vivam millennem confregit querum, quam natura fecerat<sup>37</sup> magnam cerscere,<sup>37</sup> et quae procellis<sup>38</sup> mille annorum opponere valebat consumaciam.<sup>39</sup>

Iniustum reperit iudex id, quod non humanā iurisperitiā erat formatum, sed sic est creatum a natura; ab ipsa natura, quae non accommodatur<sup>40</sup> ad humanam iurisdictionem,<sup>41</sup> sed *Creatoris* leges sequitur.

Iniustum repperit rem, pro qua sine discretione<sup>42</sup> religionis, nationis, vel linguae tot myriades hominum mille per annos laborabant, sudabant, gaudebant et contristabantur; pro qua pugnabant fundebantque sanguinem; iniustum eam rem, pro cuius gloria optimi gentis viri, reges, periti<sup>43</sup> rerum publicarum, poetae flagrabant et scriptores.

Atqui potuitne fieri, ut omnia ea, pro quibus duces *Arpadiani* et reges, reges de domo *Anjou*, Ioannes et Matthias *Hunyadi*, *Rákóczi* et *Transsylvaniae* principes, *Széchenyi* et *Kossuth*, *Petőfi* et *Arany*, vivere sciebant et mori, — ut omnia ea mendacia<sup>44</sup> fuerint et iniuriaie?

Potestne fieri, ut id quod quadraginta generationibus<sup>45</sup> idea sacra et imitanda erat imago,<sup>46</sup> repente in mendacium sit depravatum?<sup>47</sup>

<sup>15</sup> annak az eszménynek <sup>16</sup> záróköve <sup>17</sup> történelmi fejlődésnek <sup>18</sup> széles folyamban hömpölygő <sup>19</sup> párokban <sup>20</sup> a mai napon <sup>21</sup> életerős <sup>22</sup> függetlenségeért <sup>23</sup> nemzeti életének teljességéért <sup>24</sup> rátermettnek <sup>25</sup> nagyráhivattnak <sup>26</sup> országgyűlés <sup>27</sup> a képviselőház elnöke <sup>28</sup> megjelent <sup>29</sup> a nemzet érzelmeit <sup>30</sup> tolmacsolni <sup>31</sup> a világ itélőszéke élé állítatik <sup>32</sup> bűnös <sup>33</sup> tört pálcát <sup>34</sup> fülünkbe cseng még <sup>35</sup> izző bályegként <sup>36</sup> villámcsapásként <sup>37</sup> növelt nagyra <sup>38</sup> viharaival <sup>39</sup> tudott dacolni <sup>40</sup> nem igazodik <sup>41</sup> igazságszolgáltatáshoz <sup>42</sup> különbség nélküli <sup>43</sup> állandamférifiak <sup>44</sup> hazugságok <sup>45</sup> nemzedéknek <sup>46</sup> eszménykép <sup>47</sup> hazugsággá silányult.

An<sup>48</sup> vero pro vano mendacio, pro re iniusta plus quam quingenta milia Hungarorum militum morfem fortissimorum obierint<sup>49</sup> in bello gentium?...

*Non ita, Coetus<sup>50</sup> Honoratissime!*

Hodierno die, quando peremptorum heroum nostrorum revocamus memoriam, pronuntiandum est nobis:

Animarum nostrarum quot sunt sensus<sup>51</sup> intimeque convicta fides nostra religiosa<sup>52</sup> rebellant eiusmodi menti,<sup>53</sup> contra quam nos voce nunquam obmutescenda urbi et orbi sollemniter *veto* clamamus.

Tot tantasque virtutes nequivit quisquam per decem saecula in servitium redigere iniustae causae.<sup>54</sup>

Nos itaque ex hac quingentorum milium heroum Hungarorum apotheosi<sup>55</sup> in nomine mortuorum atque vivae gentis *apellamus ad conscientiam iustioris venturi iudicis.*

Nos enim scrutinium<sup>56</sup> fecimus nostrae conscientiae, et dum vel unicus vivet in hac terra Hungarus, ad illud iam factum in nos iudicium nonnisi haec licet licebitque nos respondere: Iustum nos illud non recipiemus.<sup>57</sup> *Non, non, nunquam!*

Nostra vivorum conscientia utique pura et quieta est.

Vos quoque quiescite in pace, vos fortes Hungari, qui pro patria vitas dedistis. Vos utique *pro re iustissima* in defendendis<sup>58</sup> propriis cecidistis. De vestris frontibus invida manus iam lauream<sup>59</sup> nequit devellere.

Gens ista non potestatis ebria,<sup>60</sup> non quaerens occupationes, non vanae<sup>61</sup> gloriae studio certamina sua decertavit: sed ut defenderet sibi proprium, quod mille per annos iusta erat sua possessio.<sup>62</sup>

Non levi<sup>63</sup> animo arma cepit, sed ultimae rationis necessitate<sup>64</sup> coacta, quando instinctualiter<sup>65</sup> iam sensit se bellum non posse evitare, nisi patriam, domos, familiias, res cunctas, ignave, imbecilliter<sup>66</sup> hostibus esset datura praedae.

Frustra horum contraria publicantur per orbem, frustraque personantur ab illis milibus, qui hac re vocem iustitiae velint opprimere. *Justum<sup>67</sup> verumque* nonnisi *unum* potest esse. Hoc *unum* autem *iustum et verum* manebit, etsi solum<sup>68</sup> unicum contra tot inimica milia habuerit praeconem.<sup>69</sup>

Istud *iustum verumque* nostrum vivit et triumphabit, quia incessabili dolore<sup>69</sup> alitur totius gentis cultissimae; quiaque eiusdem *iusti verique* nostri denegatores<sup>70</sup> milium martyrum immerenter<sup>71</sup> fuso sanguine incessabiliter ad inspicienda cadavera<sup>72</sup> ob tribunal mundi citantur.

Claro cum decore vos, fortes Hungari, hoc bellum perbellastis; nam fortitudine nec socius nec hostis quisquam vobis praecellebat; namque semper nobiles<sup>73</sup> fuistis adversarii, quos et ipsi hostes magni aestimaverint et honoraverint.

Dum sortes patriae in vestris erant manibus, domi qui resides<sup>74</sup> erant, quieti hic degebant.<sup>75</sup> Patriam vos perdefendistis usque ad finem; hostis in terram patriae impune pedem non inferebat.

Patriam non vos perdidistis, qui pro ea vitas dedistis: sed perdiderunt illi domi resides, qui ex ea nonnisi vivere cupiebant.

Gravissimo<sup>76</sup> hocce momento, quando militarium virtutum Hungaricarum revocamus memoriam, obiicitur<sup>77</sup> nobis illa dolore affecta decretoriaque<sup>78</sup> quaestio: *Incassumne<sup>79</sup>* certaverint, *incassumne* in

<sup>48</sup> vagy talán <sup>49</sup> halt volna-e hősi halált <sup>50</sup> Tisz-telt Gyülekezet <sup>51</sup> lelkünk minden érzése <sup>52</sup> val-lásos hitünk meggyőződése <sup>53</sup> fellázad ilyen gondolat ellen <sup>54</sup> igazságtalan ügynek szolgálata-ba hajtani <sup>55</sup> apotheosisa alkalmából <sup>56</sup> megvizsgál-tuk lelkismeretünket <sup>57</sup> el nem fogadjuk <sup>58</sup> önvé-delmi hareban <sup>59</sup> a babér nem tépheti le <sup>60</sup> ha-talmi mámorért <sup>61</sup> nem hiú dicsvágyból <sup>62</sup> jogos birtoka <sup>63</sup> könyelműen <sup>64</sup> végső kényszerüség-ból <sup>65</sup> ösztönszerűen <sup>66</sup> férfiatlanul <sup>67</sup> az igazság <sup>68</sup> ha csak egyetlen egy hirdetője van is <sup>69</sup> mert egy egész kulturnemzet szünetlen fájdalmából táplálkozik <sup>70</sup> ta-gadói <sup>71</sup> ártatlansul <sup>72</sup> temetre <sup>73</sup> nemes ellenfél <sup>74</sup> az itthonmaradtak <sup>75</sup> élhettek <sup>76</sup> ebben a ko-moly pillanatban <sup>77</sup> felvetődik <sup>78</sup> sorsdöntő kérdés <sup>79</sup> hiába... e?

campis pugnarum toties centena milia Hungarorum, gentis flos, iuventus, mortem obiverint?... Revera nonnisi historiae<sup>80</sup> sit iam reverendum quoddam monumentum<sup>80</sup> illud mille annorum tugurium,<sup>81</sup> quod atavi maiores nostri aedificaverunt? Nonnisi tineis<sup>82</sup> obrosa rudera vetusta, quae admiratum venit peregrinus?...

An estne locus sacer et monstrificus<sup>83</sup> etiam hodie, cuius si portam Hungarus purgatus vitiis intraverit, reiuvanescens<sup>84</sup> atque maiorum viribus, animis et cunctis virtutibus indutus,<sup>85</sup> denuo splendidis invulnerabilibusque nitens armis evadat; denuo valens<sup>86</sup> ad peragendum miraculum, quo miraculo ex ruderibus denuo exsurgat splendens regia,<sup>87</sup> eiusque in fastigio<sup>88</sup> volitet denuo vexillum<sup>89</sup> tricolor, quod hac in statione Europae indicat<sup>90</sup> Orienti atque Occidenti avitas Hungarorum vires infractas!...

Quando ex hoc suggestu,<sup>91</sup> in quo nunc orator sum statutus, de peremptis oro Hungaris heroibus, forsitan multi, qui sunt modicae<sup>92</sup> fidei, symbolicam in his vident gentis positionem:

Ac si in hoc suggestu non ego, sed omnis, quae nunc vivit, Hungarorum staret generatio; ac si post me praeterita starent non unquam reversura; ac si ante me praesentia iacerent detrita et futura.

Ac si praeteriti<sup>93</sup> iam esset aevi<sup>93</sup> omnis inclyta millennium certaminum atque traditionum gloria, quae nunquam amplius sit reversura.

Ac si ante me saxum iaceret sepulcrale, sub quo gentis lethali<sup>94</sup> vulnere sauciae<sup>94</sup> flos roburque requiesceret, cum caram vitam pro traditionibus mille annorum incassum obtulisset.<sup>95</sup>

Ac si post me altari superposita terrae promissae staret sacerrima imago<sup>96</sup> picta, incarnata gentis idea, — ante me vero alterum altare cisum e rudi saxo, in quo pro specie<sup>97</sup> sua imaginata<sup>97</sup> incassum

gens se ipsam immolasset,<sup>98</sup> cum illam post mactatas<sup>98</sup> victimas concretam<sup>99</sup> reddere iam amplius non valuisse...

Verumtamen fallit<sup>100</sup> haec imago, nata ex lassi animi phantasmate.<sup>101</sup> Nam si bene rem observo,<sup>102</sup> ante me non sepulcralis iacet lapis, sed e granito saxo cisa petra fundamentalis<sup>103</sup> novae Hungariae, quae tanto erit maior, tanto potentior, tanto longaeior, quanto plures centenorum milium natorum in singulari<sup>104</sup> fortitudinis virtute fuerit fundata.

In regno naturae labente tempore omnia dilabuntur.<sup>105</sup> Ferrum dimordetur<sup>106</sup> rubigine, saxum granitum conteritur<sup>107</sup> vicissitudinibus et tempestatibus millenniorum. Nulla est in terra materia, sive creata viribus naturae, sive a homine formata, quae perenni vigeat diuturnitate.<sup>108</sup>

Unica sola res existit, cuius vita duret<sup>109</sup> perennis; quae sit indelebilis; quae renascatur sempiterne: haec autem est anima; haec est mens,<sup>110</sup> quae propagatur ex virtutibus defunctorum; quae in dies parit novas virtutes; quae praestat vadimonium<sup>111</sup> hanc gentem renascendam esse!

O, vos fortes Hungari, quorum nos nunc inauguramus monumentum, vos non incassum estis mortui pro patria! In colendis virtutibus vestrae fortitudinis, in imitandis exemplis, quae vos dedistis devovendae<sup>112</sup> vitae: in his reconstructur<sup>113</sup> nova Hungaria!

In Latinum convertit Jos. Irsik.

<sup>80</sup> csak történelmi emlék-e      <sup>81</sup> az az 1000 éves hajlék      <sup>82</sup> szüette rom      <sup>83</sup> vagy csodatévő szentheley-e?      <sup>84</sup> megifjodva      <sup>85</sup>... -be öltözve      <sup>86</sup> képes-e      <sup>87</sup> tündököl palota emelkedik      <sup>88</sup> ormán      <sup>89</sup> a nemzet színű zászló      <sup>90</sup> hirdeti      <sup>91</sup> szónoki emelvényről      <sup>92</sup> kishitűek      <sup>93</sup> mintha már a multé volna      <sup>94</sup> halálra sebzett      <sup>95</sup> áldozata fel      <sup>96</sup> oltárképe      <sup>97</sup> eszményéért      <sup>98</sup> a meghozott áldozatot után      <sup>99</sup> megvalósítani      <sup>100</sup> csal e kép      <sup>101</sup> csüggéd lélek képzelődésének szülötte      <sup>102</sup> szemügyre veszem      <sup>103</sup> alapkőve      <sup>104</sup> páratlan hösi erényén      <sup>105</sup> elpusztul      <sup>106</sup> szétfarj a rozsda      <sup>107</sup> elpusztul      <sup>108</sup> örök életü volna      <sup>109</sup> örökké tart      <sup>110</sup> a szellem      <sup>111</sup> biztosítékot nyújt      <sup>112</sup> az önfeláldozásra      <sup>113</sup> fog felépülni,

*Epigramma in Saxum Heroum.*

*Serta decent tumulos: sed hunc tumulum tumulorum,  
Quae patriam cingant, Karpata sesta decent.*  
Josephus Irsik.

**Lapis<sup>1</sup> Heroum.****Monumentum Anonymi<sup>2</sup> Militis.**

Decem anni aerumnis<sup>3</sup> pleni iam præteribant, ex quo ab arnis cessatum est.<sup>4</sup> Regnum Marianum, crudelissimo bello gentium<sup>5</sup> finito, prostratum<sup>6</sup> ac dilaceratum<sup>7</sup> iacebat et innumerabilibus vulneribus cruciabantur.<sup>8</sup>

Longum est<sup>9</sup> enumerare multa et varia detrinienta,<sup>10</sup> quae tunc inclita<sup>11</sup> gens Hungarorum acceperat; sed nulla clades<sup>12</sup> erat maior, nulla adeo dolenda, quam amissio tristissima illorum, qui pro patria mortui sunt. Nulla enim est terra, nulla regio, ubique hoc bellum nefarium saeviebat,<sup>13</sup> quae non sanguine nostrorum redundaverit.<sup>14</sup> Testis est Galicia, testes sunt iuga<sup>15</sup> Carpati, testes sunt Polonia et Volhinia, testis est Russia, deinde Serbia et Valachia, testes sunt Alpes Italiae aeque ac montes Albaniæ néc non ipsum mare Hadriae,<sup>16</sup> quanta fuerit virtus et constantia militum Hungarorum.

Plus quam sescenta milia virorum optimorum desiderantur.<sup>17</sup> Horum memoriae sacrata est dies vigesima sexta Maii, cum monumentum *Anonymi Militis* in nemore urbano Budapesti sub auspiciis<sup>18</sup> ipsius Gubernatoris, *Nicolai Horthy*, solemniter inauguratum est.<sup>19</sup>

Unicus<sup>20</sup> ingentissimus, Giganticae molis lapis sculptus, ad radices<sup>21</sup> columnae millennaris locatus, significat sepulchrum militum bello peremitorum,<sup>22</sup> in quorum honorem hac die convenerunt primores<sup>23</sup> civitatis, pontifices, duces exercitus, legati externarum gentium insignibus<sup>24</sup> decorati, tum magistratus varii et praefecti<sup>25</sup> urbium, discipuli scholarum utriusque sexus,<sup>26</sup> variae corporationes,<sup>27</sup> pleraque milia civium. Aedificia publica et privata tricoloribus Hungaricis,

floribus frondibusque ornabantur. Vias longae acies militum occupabant.

Solemnitas<sup>28</sup> ipsa choro<sup>29</sup> cantorum inita<sup>30</sup> est, qui *Hymnum Francisci Kölcsey* intonaverunt.<sup>31</sup> Mox princeps gubernii,<sup>32</sup> *Stephanus e comitibus*<sup>33</sup> *Bethlen* ascendebat tribunal<sup>34</sup> et oratione splendidissima animos ita movebat,<sup>35</sup> ut verba ab illo recitata:<sup>36</sup> «Non, non, nunquam!» omnis multitudo sponte repe teret. — Praeclaram orationem habuit *Eugenius Sipócz*, praefectus Budapesti quoque, qui laudatis mortuorum meritis monumen tum in custodiam urbis recepit.

Tum Gubernator solio<sup>37</sup> relicto adiit<sup>38</sup> monumentum et sertis<sup>39</sup> pucherrimis appositis vota<sup>40</sup> nuncupavit: se eodem animo munus<sup>41</sup> suum obitum esse,<sup>41</sup> quo hi viri fortissimi officia<sup>42</sup> sua praestiterint.<sup>42</sup>

Postea longo ordine incedebant<sup>43</sup> dignitarii<sup>44</sup> regni legationesque et sertis monumentum coronabant.

His rebus peractis Gubernator concendit<sup>45</sup> equum et ante signa<sup>46</sup> peditum atque equitum vectus<sup>47</sup> agmina instructa<sup>48</sup> circumduxit sepulchro et stricto<sup>49</sup> gladio ter manes<sup>50</sup> defunctorum salutavit.

Lacrimis obortis<sup>51</sup> prosecuti<sup>52</sup> sunt omnes, qui aderant, pompam<sup>53</sup> militarem et sumum honorem,<sup>54</sup> quo memoria nostrorum defensorum colebatur.<sup>55</sup> Subibat mentem<sup>56</sup> illud<sup>57</sup> Horatii:

«Dulce et decorum est pro patria mori».

Aladárus Friml.

<sup>1</sup> hősök köve <sup>2</sup> névtelen <sup>3</sup> nyomorúsággal <sup>4</sup> szünetelt a harc <sup>5</sup> világháború <sup>6</sup> leterítve <sup>7</sup> szétszaggatva <sup>8</sup> sanyargattatott <sup>9</sup> hosszú volna <sup>10</sup> veszteségeket <sup>11</sup> dicső <sup>12</sup> csapás <sup>13</sup> dühöngött <sup>14</sup> ne ázott volna <sup>15</sup> gerince <sup>16</sup> az Adriai-tenger <sup>17</sup> hiányzanak <sup>18</sup> védnöksége alatt <sup>19</sup> felavattatott <sup>20</sup> egy darab óriási tömegű kö <sup>21</sup> tövében <sup>22</sup> elpusztult <sup>23</sup> államférfiak <sup>24</sup> kitüntetésekkel ékesen <sup>25</sup> polgármesterek <sup>26</sup> mindenkit nembeli <sup>27</sup> testületek <sup>28</sup> az ünnepély <sup>29</sup> énekesek karával <sup>30</sup> kezdődött <sup>31</sup> rázendítették <sup>32</sup> kormányelnök <sup>33</sup> gróf <sup>34</sup> a szónoki emelvénnyre <sup>35</sup> megindította <sup>36</sup> idézett szavait <sup>37</sup> székéről felkelve <sup>38</sup> odalépett <sup>39</sup> koszorúját letéve <sup>40</sup> fogadalmat tett <sup>41</sup> fogja feladatát teljesíteni <sup>42</sup> kötelességeiknek eleget tettek <sup>43</sup> megindultak <sup>44</sup> az országos méltóságok és küldöttségek <sup>45</sup> lóra szállt <sup>46</sup> zászlóinak élén <sup>47</sup> lovagolva <sup>48</sup> a csapatokat <sup>49</sup> kivont karddal <sup>50</sup> tiszteleggett az elhunytak lelkeinek <sup>51</sup> felfakadó könnyekkel <sup>52</sup> kísérték <sup>53</sup> a katonai diszmenetet <sup>54</sup> kitüntetést <sup>55</sup> emlékét megtisztelték <sup>56</sup> eszünkbe jutott <sup>57</sup> ama mondása.

## De Monumento<sup>1</sup> Millennari.

*Thomas*: Carole, ego nuperrime<sup>2</sup> exivi in finem Viae Andrássyanae ad introitum<sup>3</sup> Nemoris<sup>4</sup> Urbani, ibique inspexi<sup>5</sup> *Saxum Heroum*,<sup>6</sup> sive *Monumentum Anonymi Militis*. De hoc multa audiveram et multa legeram iam ante inaugurationem<sup>7</sup> eius et post inaugurationem.

Non est illud verum sepulchrum,<sup>8</sup> nulla ibi ossa militum sunt tumulata;<sup>9</sup> sed ingens lapis ille symbolisat<sup>10</sup> modo sepulchrum omnium militum Hungarorum, qui in bello gentium<sup>11</sup> pro patria ceciderunt. Haec ego iam scio.

A pedibus<sup>12</sup> inscripti numeri 1914—1918 indicant tempus belli; a capite<sup>13</sup> inscripta est causa belli «*Pro finibus millennaribus*». Etiam haec intelligo.

Sed quae stant pone<sup>14</sup> *Saxum Heroum* atque complexive<sup>15</sup> *Monumentum Millennii*<sup>16</sup> vocantur, ea mihi non satis liquent;<sup>17</sup> ea mihi explica,<sup>18</sup> care Carole!

*Carolus*: Explicabo libentissime, in quantum potero.

Pone *Saxum Heroum* in base<sup>19</sup> lata stant septem equites. Hi sunt septem duces Hungarorum, qui ante hos<sup>20</sup> mille et triginta tres annos hanc terram occupaverunt. Primus in hac turma<sup>21</sup> statuarum equestrium est princeps *Arpad*.

E medio huius turmae<sup>22</sup> erigitur<sup>23</sup> columna<sup>24</sup> in altitudinem quadraginta (40) metrorum. In culmine<sup>25</sup> huius columnae stat archangelus Gabriel, apostolicam crucem et coronam Sancti Stephani regis manibus tenens.

*Thomas*: Haec adhuc convenient<sup>26</sup> cum eis, quae etiam ego praesentiscebam.<sup>27</sup> Sed dic, quaeso, quorum sint effigies<sup>28</sup> illae bis septenae statuae, quae post<sup>29</sup> columnam laevā dextrāque in duobus columnariis<sup>30</sup> semiarcuiformibus sunt collocatae?

*Carolus*: Simulacula<sup>31</sup> sunt regum Hungariae praestantissimorum.

In sinistro semiarcu<sup>32</sup> a laeva<sup>33</sup> dextrorum sunt stant: Sanctus Stephanus, Sanctus Ladislaus, Andreas II., Colomannus Bibliophilus,<sup>34</sup> Bela IV., Robertus Carolus, Ludovicus Magnus.

In dextero semiarcu: gubernator Ioannes Hunyadi, rex Mathias Corvinus, Ludovicus II., Leopoldus I., Maria Theresia, Ferdinandus V., denique Franciscus Josephus.

*Thomas*: De primo et ultimo atque de Maria Theresia ne mihi quidem dubium<sup>35</sup> erat; sed sunt inter eos minimum<sup>36</sup> etiam alii tres, quos ego nulla conjectura<sup>37</sup> agnoscere potui.

*Carolus*: Iuvant<sup>38</sup> agnitionem emblemata<sup>39</sup> suffixa, exempli gratia: in emblemate sub statua<sup>40</sup> Sancti Ladislai devincit rex fortissimus cumanum<sup>41</sup> cum rapta virgine fugientem.

*Thomas*: Ita<sup>42</sup> est. Sed ad huiusmodi<sup>43</sup> conjecturas non sufficit<sup>44</sup> mihi peritia<sup>45</sup> historiae et heraldicae<sup>46</sup>.

*Carolus*: Si verum est, quod audivi, decretum<sup>47</sup> est iam, ut unicuique statuae nomen quoque subscriberetur.

*Thomas*: Hoc revera non erit superfluum.<sup>47</sup>

Sed dic, quaeso, care Carole: quid significant quattuor illae figurae, quae supra fastigia<sup>48</sup> duorum columnariorum in extremis<sup>49</sup> quattuor partibus sunt dispositae?

*Carolus*: Illae, carissime Thomule, sunt figurae *symbolicae*.<sup>50</sup>

Super introrsa<sup>51</sup> parte fastigii sinistri columnarii nunc ipsum<sup>52</sup> constitut bigis<sup>53</sup> vecta *victoria* belli.

Exadversus<sup>54</sup> super dexteri columnarii fastigio introrso<sup>55</sup> *gloria* *victoriae* porrigit<sup>56</sup> ei palmam pacis.

In extrorsa<sup>57</sup> extremitate fastigii sinistri columnarii stat *labor*<sup>58</sup> *agriculturae*.

In extrorsa extremitate fastigii dexteri columnarii stat *labor*<sup>59</sup> *opificie*.


*Thomas*: Haec res *symbolicae* mihi adhuc<sup>60</sup> valde sublimes sunt;<sup>61</sup> at percipiam<sup>62</sup> certe, ubi adolevero.<sup>63</sup> Tibi vero, carissime Carole, gratias ago, quod me de hoc monumento artificioso<sup>64</sup> aliquantum<sup>65</sup> edocuisti.

Unum tamen insuper,<sup>66</sup> sine,<sup>67</sup> quaeram ex te: Quid sibi velint post Columnam Millennarem et ante portam, quam duo columnaria faciunt, sinistrā dextrāque illae duae bases<sup>68</sup> vacuae?

*Carolus*: Exspectat una statuam principis Francisci Rákóczi, altera statuam gubernatoris Ludovici Kossuth.

*Thomas*: Sic est! Haec revera desiderantur.<sup>69</sup>

1 az ezredévi emlékműről 2 a minap  
 3 bejáratához 4 városliget 5 megnéztem  
 6 Hősök Kővét, vagyis a Névtelen Katona Emlékművét 7 felavatása előtt  
 8 sirhant 9 elhangtoltva 10 csak jelképezi 11 a világáborúban 12 lábtul  
 13 fejtől 14 mögött 15 összefoglalólag  
 16 ezredévi emlékműnek 17 nem elégével világosak 18 magyarázd meg 19 széles talapzaton 20 ezelőtt 1033 évvel 21 lovasszoborcsoportozatban 22 e csoportozat közepeből 23 kiemelkedik 24 egy oszlop 25 tetején 26 eddigéle egyeznek 27 sejtek 28 képmásai 29 az oszlop mögött 30 két félívalakú oszlopzatban 31 szoborképei 32 a baloldali félíben 33 bárról jobb felé 34 Kónyves Kálmán 35 nem volt kétségem 36 legalább 37 semmiféle hozzávetéssel sem tudtam volna felismerni 38 elősegítik a felismerést 39 az alattuk beépített domborművű képek 40 szobor alatt 41 a rablott leánnal menekülő kún harcost 42 úgy van 43 efféle hozzávetésekhez 44 nem elég 45 a történelmi és címertani tudásom 46 már elhatározta 47 nem lesz fölösleges 48 párkányzata fölölt 49 a négy szélső részen van elhelyezve 50 jelképes alakok 51 befelé néző része fölött a baloldali



oszlopzat párkányzatának 52 éppen most állott meg 53 a kétlovas harci kocsiján robogó 54 szemben vele 55 a jobboldali oszlopzat befelé néző párkányzata fölött 56 nyújtja feléje a béke pálmáágát 57 külső szélén 58 a földmíves munka 59 a kézmíves munka 60 egyetlőre 61 nagyon magasak 62 de bizonyjára meg fogom érteni 63 ha majd felnöttem 64 erről a művészeti emlékműről 65 valamennyire kioktatott 66 ráadásul 67 hadd kérdezze 68 az a két üres talapzat 69 igazán hiányzanak.

## EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Specimen<sup>1</sup> ex Anonymi Belae regis notarii Gestis Hungarorum.

### V. De electione Almi ducis.

...tunc VII principales<sup>2</sup> personae, qui *hetumoger*<sup>3</sup> vocantur usque in hodiernum diem, angusta<sup>4</sup> locorum non sufferentes,<sup>5</sup> habito inter se consilio, ut a natali solo<sup>6</sup> discederent ad occupandas sibi terras, quas incolere possent, armis et bello querere non cessarunt.<sup>7</sup>

Tunc elegerunt<sup>8</sup> sibi querere terram *Pannoniae*, quam audiverant fama volante terram *Athilae* regis esse, cuius progenie dux *Almus*, pater *Arpad*,<sup>9</sup> descenderat. Tunc ipsi VII principales personae communi et vero consilio intellexerunt, quod<sup>10</sup> incepsum iter perficere non possent, nisi ducem ac praecoptorem<sup>11</sup> super se habeant.

Ergo libera voluntate et communi consensu<sup>12</sup> VII virorum elegerunt sibi ducem ac praecoptorem in filios filiorum suorum usque ad ultimam generationem *Almum*, filium *Ugek*,<sup>13</sup> et qui de eius generatione descendenterent; quia *Almus* dux, filius *Ugek*, et qui de generatione eius descendenterant, clariores erant genere et potentiores in bello. Isti enim VII principales personae erant viri nobiles genere et potentes in bello, fide stabiles.<sup>14</sup>

Tunc pari voluntate *Almo* duci sic dixerunt: «Ex hodierna die te nobis ducem ac praecoptorem eligimus. Et quo fortuna tua te duxerit, illuc te sequemur».

Tunc supra dicti viri, pro *Almo* duce more paganismo<sup>15</sup> fusis propriis sanguinibus in unum vas, ratum<sup>16</sup> fecerunt iuramentum. Et licet pagani fuissent, fidem tamen iuramenti,

<sup>1</sup> szemelvény <sup>2</sup> a hétféle vezére személy <sup>3</sup> hétféle magyar <sup>4</sup> a szűk területet <sup>5</sup> nem bírván elviselni <sup>6</sup> a szülőföldről <sup>7</sup> nem szüntek meg <sup>8</sup> úgy választottak, hogy felkeresik <sup>9</sup> (*gen.*) Árpád atyja <sup>10</sup> hogy <sup>11</sup> parancsolójuk <sup>12</sup> közös megegyezésével <sup>13</sup> Almost, *Ügek* fiát <sup>14</sup> a megbízhatóságban állhatatosak <sup>15</sup> pogány szokás szerint <sup>16</sup> szentesítések esküjöket.

quod tunc fecerant inter se, usque ad obitum<sup>17</sup> ipsorum servaverunt tali modo.

#### VI. De iuramento eorum.

*Primus* status<sup>18</sup> iuramenti sic<sup>19</sup> fuit: Ut quamdiu vita duraret tam ipsis quam etiam posteris suis, semper ducem haberent de progenie<sup>20</sup> *Almi* ducis.

*Secundus* status iuramenti sic fuit: Quicquid boni per labores eorum acquirere possent, nemo eorum expers<sup>21</sup> fieret.

*Tertius* status iuramenti sic fuit: Ut isti principales personae, qui sua libera voluntate *Almum* sibi dominum elegerant, quod<sup>22</sup> ipsi et filii eorum nunquam a consilio ducis et honore regni omnino privarentur.<sup>23</sup>

*Quartus* status iuramenti sic fuit: Ut si quis de posteris eorum infidelis fieret contra personam ducalem et discordiam faceret inter ducem et cognatos<sup>24</sup> suos, sanguis nocentis<sup>25</sup> funderetur, sicut sanguis eorum

fuit fusus in iuramento, quod fecerunt *Almo* duci.

*Quintus* status iuramenti sic fuit: Ut si quis de posteris ducis *Almi* et aliarum personarum principalium iuramenti statuta ipsorum infringere<sup>26</sup> voluerit, anathemati<sup>27</sup> subiacaet in perpetuum.

Quorum VII virorum nomina<sup>28</sup> haec fuerunt: *Almus* pater Arpad; *Eleud* pater Zobolsu, a quo genus Saac descendit; *Cundu* pater Curzan; *Ound* pater Ete, a quo genus Calan et Colsoy descendit; *Tosu* pater Lelu; *Huba*, a quo genus Zemera descendit; VII-us *Tuhutum* pater Horca, cuius filii fuerunt Gyyla et Zombor, a quibus genus Moglout descendit, ut inferius dicetur. — Quid<sup>29</sup> plura?

<sup>17</sup> holtuk napjáig <sup>18</sup> megállapodása <sup>19</sup> így szólt  
<sup>20</sup> nemzetességből <sup>21</sup> mindenki részesüljön belőle  
<sup>22</sup> hogy <sup>23</sup> ki ne rekesztessenek <sup>24</sup> atyafai között  
<sup>25</sup> a vétkeznek vére ontassék <sup>26</sup> megtörni, megszegni  
<sup>27</sup> átok alatt legyen <sup>28</sup> Álmos, Elöd, Kund, Ond, Tas,  
<sup>29</sup> Huba, Töhötöm <sup>29</sup> mit mondjak többet?

## ÆNIGMATA.

I. Tegunt haec imagines proverbium notissimum.



#### II.

Per se focus est sacrorum,  
 Sed cum h domus porcorum;  
 V-cum sequit vibiam:<sup>1</sup>  
 Solve vocem triviam!<sup>2</sup>

<sup>1</sup> hosszanti gerenda    <sup>2</sup> hármas változatú.

#### IV. Ad saltum equulei. Sententia Horatiana.

X	ra	per	*Cae	sce	ne	mi
no	lum	lus	ti	ful	stul	mur
i	que	cun	pe	po	na	re
i	strum	a	Io	ti	ti	mus
ne	da	psum	pa	ti	vem	X

#### III.

Oculos en habet quattuor,  
 Itidem et aures quattuor:  
 Ungues at viginti quattuor.  
 — Huius sis prodigiator!...<sup>3</sup>

<sup>3</sup> légy a megfejtője.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)